PRAELECTIONES

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM
CAESAREA VILNENSI

A KALENDIS SEPTEMBRIBVS A. MDCCCXXX
AD PRIDIE KAL. QVINTILES A. MDCCCXXXI.

HABENDAE

INDICVNTVR

A

RECTORE MAGNIFICO ET SENATV
ACADEMICO.

VILNAE,
EXCVDIT TH. GLÜCKSBERG
TYPOGRAPHVS.

Religionis Doctrina in usum civium Academicorum ritus Graeci Mercurii et Satur. diebus hora VII—VIII matut. tradetur.

IGNATIUS BOROWSKI, Juris Eccl. Doctor, Theol. Magister, Canonicus Cathedr. Vilnensis, Universitati a Concionibus sacris, in usum Civium academicorum sacra Romana profitentium Christianam fidei et morum doctrinam tradet Martis et Jov. dieb. ab horae VI dimidio ad VII dimidium pomer., Merc. autem et Vener. hora VII—VIII matut.

I.

PRAELECTIONES PHYSICORUM ET MATHEMATICORUM.

MICHAEL PEŁKA POLIŃSKI, Colleg. a Consil., Phil. D., Acad. Flor., Luc., Patav. et Soc. Philomat. Paris. et Vars. adscriptus, Seminarii Paedagogici Praefectus, Matheseos sublimioris applicatae Prof. P. O., Ordinis Physic. et Mathem. Decanus, diebus Martis et Veneris ab horae VIII dimidio ad IX mat. tradet Mechanicam rationalem ducibus Poisson, Prony et Lagrange; diebus autem Lun. et Jovis eadem hora Geometriam analyticam duce Biot, Monge et Cauchy exponet.

MICHAEL OCZAPOWSKI, Soc. agronom. Mosq. atque liberae Caesareae Oecon. Petrop. Sodalis, Oeconomiae ruralis Prof. P. O. Lun., Mercur., Vener. et Satur. diebus, hora V ad VII dimid. pomer. Oeconomiae ruralis praecepta et rem saltuariam tradet eo ordine, quem tum in libris a se editis tum in dictatis suis agronomicis secutus est.

CAROLUS PODCZASZYŃSKI, Societ. Philomat. Vars. adscriptus, Architecturae civilis Prof. P. O., Architecturae civilis praecepta et Staticen aedificiorum ex libro a se edito tradet Lun., Merc., Vener. et Satur. diebus ab hora IX ad XI dimidium mat.

FELIX DRZEWIŃSKI, Phil. D., Soc. Philomat. Vars. adscriptus, Physices Prof. P. O. Mart. et Jov. dieb. ab hora IX ad XI dimid. mat.; diebus autem Mercurii et Saturni ab horae XI dimidio ad XII mat. Physicam experimentalem et mathematicam docebit ad institutiones suas typis excusas.

ANTONIUS WYRWICZ, Aulae a Consiliis, Phil. D., Matheseos sublimioris purae Prof. P. O., diebus Lun. et Jov. ab horae XI dimid. ad XII mat. Algebram sublimiorem e schedis suis tradet: diebus autem Merc. et Sat. ab horae VIII dim. ad IX mat. Calculum differentialem et integralem ducibus Lacroix et Lagrange docebit.

PETRUS SŁAWIŃSKI, Phil. D., Soc. Astron. Londin. Sodalis, Astronomiae Prof. P. O. Lunae et Jovis diebus ab horae VIII dimidio ad IX mat. Astronomiam theoreticam et practicam ex libro a se edito tradet.

EDVARDUS EICHWALD, Med. D., Caes. Acad. scient. Petrop. Corresp., Caes. acad. nat. cur. Leopold. mult. societt. litter. Sodalis, Zoologiae et Anatomiae comparatae Prof. P. O. Zoologiam et Anatomiam comparatam duce libro suo de Zoologia speciali, I. et II. vol. Vilnae, 1829—30 tradet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris ab hora II ad IV dimidium.

JOSEPHUS JUNDZIŁŁ, Phil. Mag. Soc. Mineral. Jenens. et naturae curiosorum Lipsiensis Sodalis, Botanices Prof. P. O., diebus Martis, Mercur., Veneris et Satur. ab horae VIII dimidio ad IX mat. Botanicam ad sua dictata tradet.

IGNATIUS FONBERG, Phil. Mag., Chemiae Prof. P. E., Chemiam universam experimentis illustrandam et firmandam diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni ab hora IX ad XI dimidium mat. e libro a se edito et suis schedis docebit.

VALERIANUS GORSKI, a Consil. Aulae, Phil. D., Societati Paris. ad augendam Civium industriam constitutae adscriptus, Univers. Adiunctus, Martis et Jovis diebus ab hora IX ad XI dimidium mat. Mechanicam practicam i. e. de Machinis doctrinam ad sua dictata; diebus autem Merc. et Satur. ab horae XI dimidio ad XII doctrinam de conficiendis viis, canalibus ac pontibus e schedis suis exponet.

HIPPOLYTUS RUMBOWICZ, Phil. Mag., Univers. Adiunctus, Martis et Veneris diebus ab XI dimid. ad XII mat. diebus autem Merc. et Satur. hora II ad IV dimidium pomerid. Geometriam quam descriptivam vocant, e schedis suis, propediem vulgandis, tradet.

ANTONIUS SZAHIN, Phil. Mag., diebus Merc. et Ven. ab horae IV dimid. ad V pomer., die vero Saturni ab horae IV dimid. ad V dimid. pomer. Geodesiam, Topographiam et Libellationem e libro a se edito et suis schedis tradet, methodumque positionum geometrice delineandarum docebit.

IGNATIUS JAKOWICKI, Phil. Cand., Caesareae Societ. naturae curiosorum Mosquensis Sodalis, die Lunae ab horae IV dim. ad V dim. pom., diebus autem Mercur. et Saturni hora II ad IV dimidium pomer. Mineralogiam ad sua dictata tradet.

SIGISMUNDUS REWKOWSKI, Phil. Mag. diebus Martis et Jovis ab hora V ad VI pomer. Calculum probabilitatis e schedis suis exponet.

II.

PRAELECTIONES MEDICORUM.

VENCESLAUS PELIKAN, Med. et Chir. D., Status a Consil., Ordinis s. Annae II^{ae} classis gemmis decor. Eques, Caesarearum, Academiae Medico-Chir. Petropolitanae, et Societatt. Curonicae Litt. et Artium, med. Vilnensis atque Varsaviensis Sodalis, Chirurgiae et Clinices chirurgicae, atque Anatomiae Prof. P. O., Seminarii medici Imperatoris munificentia conditi Praefectus, Universitatis Rector, quum munere hoc et officio gravissimo districtus, docendi partes ipse suscipere nequeat, Chirurgiam et Anatomiam humanam tradent Professores Univer. Porcyanko et Bielkiewicz.

NICOLAUS MIANOWSKI, Phil. Med. et Chirur. D., Status a Consiliis, Caesareae Societatis Medicorum Vilnen. atque Reg. Soc. Philomath. Varsav. Sodalis, Ordinis Medicorum Decanus, Artis Obstetriciae Prof. P. O., primos quinque per menses, quotidie hora II—III pomer. medicinae discipulis, universae artis obstetriciae praecepta tradet, et doctrinam de morbis quum mulierum, tum recens natorum, quantum ad artem obstetriciam attinet, exponet. A Kalendis autem Februariis anni proximi, feminis, obstetricum munere in Imperio Rossico fungendi potestatem quaerentibus, quatuor per hebdomadem horis posthac designandis, Elementa in obstetricum usum curis suis Vilnae vulgata, explicabit. Praeterea artis obstetriciae exercitationes in nosocomio academico in utriusque sexus auditorum gratiam, sexies per hebdomadem hora itidem designanda, omnique data, quolibet tempore, occasione, moderabitur.

ANDREAS SNIADECKI, Phil. et Med. D., Status a Consiliis, Caesareae Soc. Med. Viln., Reg. Soc. Philom. Varsav., et Pharmac. Petropol. Sodalis, Prof. Emeritus, quotidie hora VIII—IX mat. et h. VI—VII pomer., praxeos medicae principia usui in universum et singillatim congrua et apta exponet, eaque tempore ac necessitate obvia in commodum aegrorum vertenda, in Clinico Instituto medico exemplis docebit.

JOANNES WOLFGANG, Phil. D., Collegior. a Consil., Caes. Soc. Med. Vilnen., Pharmac. Petropol., naturae scrut. Mosquen., agronom. Varsav., et Caes. Acad. nat. cur. Leopold., Sodalis, Pharmacologiae, Pharmaciae atque Chemiae publicam salutem spectantis Prof. P. O., primos quatuor per menses diebus Martis, Mercurii, Veneris et Saturni ab hora IX ad X matutinam studiosis medicinae anni secundi tradet Pharmacologiam et Pharmaciam; aliis vero anni quinti, diebus Lunae et Jovis ab hora X—XI matutina explicabit eam Chemiae partem, quae iam salutem publicam, iam casus in Medicina forensi obvios, spectat. A Kalendis autem Januariis anni proximi iisdem diebus ab hora IX ad XI dimidium ulterius in Pharmacologia et Phar-

macia, experimentis in laboratorio Universitatis pharmaceutico illustranda, ad finem usque anni scholastici perget.

JOANNES BÄRKMANN, Med., D. Caes. Societ. Med. Vilnen. Sodalis, Medicinae Publicae et Hygienae Prof. P. O., quotidie hora III—IV pomer. Medicinam publicam, duce Henkio et Berntio tradet; mensibus vero aestivis horis designandis Hygienam, clericorum Seminarii generalis Vilnensis usibus praecipue accommodatam, docebit.

CONSTANTINUS PORCYANKO, Med. et Chir. D., Caes. Soc. Med. Vilnens. Sodalis, Therapiae generalis, Materiae medicae et Historiae Medicinae Prof. P. O., universae Chirurgiae doctrinam diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora XI—XII exponet, in instituto autem clinico quotidie hora IX—X mat. et hora VII—VIII pomer. disciplinae suae alumnos, quomodo doctrinam studio comparatam usui practico accommodari oporteat, exemplis docebit.

ADOLPHUS ABICHT, Med. D., a Consil. Aul., Caes. Soc. Med. Vilnens. Sodalis, Pathologiae generalis Prof. P. O., primo semestri, discipulis tertiae Classis, explicabit Symptomatologiae, Semiotices et Nosologiae doctrinam, altero semestri discipulis secundae Classis, Nosographiam generalem et Aetiologiam tradet ab hora VII cum dimidio ad IX diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, tum etiam aestivis mensibus, bis in hebdomade, ab hora II½ ad IV pomeridianam Institutiones clinicas ad schedas suas exponet.

ADAMUS BIELKIEWICZ, Medico-Chirurg., Caes. Soc. Med. Vilnensis Sodalis, Prof. P. E., Lunae, Martis. Jov. et Vener. diebus ab horae XI^ae^ dimidio ad XII Anatomiae humanae lectiones habebit, quotidie autem hora II—IV studiosorum operam in dissectionum anatomicarum periculis faciendis moderabitur.

FELIX RYMKIEWICZ, Med. D., Caes. Soc. Med. Viln. Sodalis, Prof. P. Extraord., diebus Martis, Veneris et Saturni ad hora IV ab V dimidium eam Pathologiae et Therapiae specialis partem, quae tum de morbis universalibus, febres puta et cachexias; tum de localibus illis organorum vitae sensiferae, systematis nempe cerebralis et gangliosi, sensuum externorum, facultatum intellectualium, musculorum voluntariorum et partium voci et loquelae inservientium cognoscendis et curandis, doctrinam complectitur, e schedis suis tradet.

Idem Lunae et Jovis diebus itidem ab hora IV ad V dimidium Physiologiam universam ad proprias schedas docebit.

ALEXANDER WOELCK, Med. D., Caes. Soc. Med. Viln. Sodalis, Professoris Artis Obstetriciae Adiutor, primo semestri docebit Therapiam generalem diebus Lunae et Jov. hora IX—X, diebus autem Merc., et Sat. hora VIII—IX mat. Altero semestri vero iisdem

diebus Materiam Medicam et artem formulas medicas concinnandi moderante Professore tradet.

Idem Historiam Medicinae Merc. et Satur. diebus hora X—XI mat. explicabit.

ADAMUS FERDINANDUS ADAMOWICZ Med. Doctor, Caes. Soc. Med. Vilnen. atque nat. curios. Mosquen. Sodalis, horis designandis, Artis Veterinariae alumnis lingua vernacula Veterinariae Medicinae praecepta ad proprias schedas docebit.

Idem Morborum epizooticorum Doctrinam Alumnis Medicinae, lingua utens latina, duce Bojano enarrabit.

CAROLUS MUYSCHEL, Med. Doctor, Medicinae Veterinariae alumnis, horis designandis tradet: 1) Anatomiam corporis equini, 2) Zoochirurgiam cum exercitio alumnorum practico in operationibus chirurgicis, in animalibus tum vivis tum demortuis, suscipiendis 3) In nosocomio Veterinario curam morborum ad Zoochirurgiam pertinentium atque operationes ipsas chirurgicas nec non labores pharmaceuticos in officina ad scholam practicam pertinente, diriget.

III.

PRAELECTIONES IN ORDINE PROFESSORUM DISCIPLINARUM ETHICO-POLITICARUM,

Ordinis huius Decanus, Phil. et Juris Dr, Prof. Emer., a Consiliis Status, Ordinis Sae Annae IIae Classis gemmis decorati Eques, SIMON MALEWSKI.

A.

SECTIO THEOLOGICA.

Huic ordinis Sectioni praeerit Theol. Doctor, Professor P. O., Episcopus Chrisopolitanus, Suffraganeus Vilnensis, Ord. S. Annae IIae classis Eques, ANDREAS KŁAGIEWICZ.

ALOYSIUS CAPPELLI, Prof. P. O., bis per hebdomadem Jus Ecclesiasticum exponet ad suum Manuale Vilnae editum.

MICHAEL BOBROWSKI, Protopresbyter Cathedr. Żyrovicensis, Archaeolog. Acad. quae Romae floret atque Mosquensi Histor. et Antiquit. Rossic. Societati adscriptus, Exegeseos et Archaeologiae biblicae Prof. P. O., quater per hebdom. Lun. Mart. Merc. et Jov. diebus hora IX—X exegeticas lectiones ad dictata sua habebit; Veneris autem et Saturni diebus hora IX—X Archaeologiam biblicam ad librum qui inscribitur, Archaeologia biblica breviter exposita a Dre Four Ackermann, tradet.

JOANNES SKIDEŁŁ, Theol. et Jur. Eccl. Doctor, Canonicus Cathedr. Vilnen., Theologiae Moralis et Pastoralis Prof. P. O., Theo-

logiam Moralem ad sua dictata sexies per hebd. hora VIII—IX tradet.

ANTONIUS FIAŁKOWSKI, Theolog. et Juris Cano. Dr, Theologiae Dogmaticae et Histor. Eccl. Prof. P. E. sexies per hebdomadem, hora X—XI Ecclesiae Christianae Catholicae doctrinam Dogmaticam tradet. Mensibus vero aestivis eadem hora, Ecclesiae Religionisque Christianae Historiam e schedis suis enarrabit.

IGNATIUS BOROWSKI, Juris Eccl. Doctor, Theol. Mag., Canonicus Cathedr. Vilnen., praecepta Homiletices, horis designandis, tradet.

B.

SECTIO JURIDICA.

ALOYSIUS CAPPELLI, Phil. et Jur. utr. Dr, a Consiliis Status, Ord. Prof. Litterat. et Artium elegantior. Decanus, Juris Romani, Canonici et Poenalis, nec non linguae et Litteraturae Italicae Prof. P. O., bis per hebdomadem horis et diebus consuetis tradet Doctrinam Juris Romani ad Institutiones Juris Romani privati, auctore L. A. Warnkoenig (Edit. sec. 1825), cui adiiciet quantum ex antiquitatibus Romanis scitu necessarium arbitrabitur. Tradet item bis per hebdomadem Jus Poenale, duce Meistero.

PAULUS KUKOLNIK, Juris Civil. D., a Consil. Aul., Ordinis s. Annae III classis eques, Historiae universalis et Statisticae generalis Prof. P. O., quotidie hora V—VI pomerid. Historiam universalem et Statisticam generalem tradet.

JOSEPHUS JAROSZEWICZ, Juris Civilis et Poenalis Polono-Litvanici Prof. P. O. quotidie hora VIII—IX Jus Civile et Poenale Polono-Lithvanicum ad dictata sua explicabit; quo absoluto, Statisticam Imperii Rossici iisdem horis et diebus tradendam suscipiet.

JOANNES WASZKIEWICZ, Jur. Utr. Mag., Oeconomiae Publicae Prof. P. E., sexies per hebd. h. X—XI Oeconomiam Politicam e schedis suis traditurus, de doctrinae huius historia, fine, dispositione, utilitate et gravitate primum aget.

ANGELUS DOWGIRD, Schol. Piar., Theol. Doct., Reg. Societ. Philomat. Varsaviensis Sodalis, Mart., Jov. et Sat. diebus hora IV—V Logices praecepta ad dictata sua, duce libro a. 1821 Vilnae typis vulgato, qui inscribitur o Logice, Metafizyce i Filozofii moralnej rosprawa, tradet.

ALEXANDER KOROWICKI, Jur. Utr. Mag., sexies per hebdomad. hora IX—X Juris Civilis Rossici doctrinam ad dictata sua tradet.

VALERIANUS PIETKIEWICZ, Jur. Utr. Cand., bis per hebdomadem Martis et Jovis diebus, hora II—III. duce Hugone et Savignyo, Juris Romani Historiam vernaculo sermone explicabit.

IV.

PRAELECTIONES IN ORDINE PROFESSORUM LITTERATURAE ET ARTIUM ELEGANTIORUM.

ALOYSIUS CAPPELLI, Status a Consiliis, Juris Romani et Eccl. nec non Linguae et Litteraturae Italicae Prof. P. O., Ordinis huius Decanus, tyronibus linguae et Poesis Italicae praecepta, provectioribus vero Historiam Litteraturae Italicae tradet bis in hebdomade hora IV—V pomerid.

JOANNES RUSTEM, Colleg. a Cons., Picturae et Artis delineandi Prof. P. Emer., quotidie ab h. V vespertina ad VII regulas artis delineandi tradet et explicabit, discipulos quoque in formis ducendis ad lampadis lucem, tam ex antiquis quam anatomicis figuris, deinde de vivo in arte pingendi exercebit.

JOANNES ŁOBOYKO, Linguae et Litteraturae Rossicae Prof. P. O., Ord. s. Annae III cl. Eques, Petropol. Soc. amicor. patriae Litteraturae, Mosquensis Soc. Hist. et Antiquit. Rossic. nec non Hafn. Antiquit. Septentrion. Sodalis, diebus Lunae, Merc. et Veneris hora IV—V pomer., die vero Satur. hora VIII—IX mat. 1) Selecta capita e poëtarum, oratorum aliorumque Auctor. Rossicor. scriptis deprompta, leget. 2) Litteraturae Rossicae Historiam enarrabit, et 3) discipulorum vertendi scribendique exercitationes moderabitur.

Idem, Martis et Jovis diebus h. VIII—IX mat. Linguae Slavicae praecepta tradet, celebriorum eiusdem linguae monumentorum philologica interpretatione et palaeographiae slavicae adumbratione subjuncta.

LEO BOROWSKI, Poëseos, Eloquentiae et Grammaticae universalis Prof. P. O., Lunae, Merc. Jovis et Satur. diebus hora XI—XII antemerid. Poëtices et Rhetorices doctrinae artium ingenuarum theoriam praemittet neque deerit iis, qui scribendi ac declamandi exercitationibus studiose operam dabunt.

Idem, bis per hebd. diebus Martis et Veneris hora XI—XII Grammaticam universalem explicabit.

STANISLAUS HRYNIEWICZ, Prof. P. Extraord., vacante h. t. Litterarum Romanarum Cathedra, Earumdem praelectiones habiturus, die Lunae hora VIII matut. selecta Horatii carmina Lyrica, Martis autem die h. X matut. Ciceronis orationes pro Ligario et pro Rege Dejotaro ita enarrabit, ut verborum accuratam explicationem iudiciumque de orationis structura et indole, etiam rerum et sententiarum, quae egregiis his celeberrimorum Scriptorum operibus continentur, ex ipsis Antiquitatis fontibus petita interpretatio excipiat,

3

addita tum initio tum in lectionis perpetuitate universi et consilii et argumenti et compositionis operis explicandi subtiliore descriptione. Scholis vero secundariis, Jovis die hora X matut., Antiquitatum Romanarum doctrinam, quam sub anni proxime superioris finem ad dictata sua tradere inceperat, si per tempus fieri licuerit, absolvendam curabit.

Idem, ter per hebd., diebus Martis et Jovis ab horae IV dimidio ad V pomeridianam, Saturni autem die h. IV. pomerid., vernaculo utens sermone, in tironum usum Linguae Latinae praecepta fusius exponet, subjuncta libri Sallustiani de Bello Catilinario et fabulae Terentianae, quae Andria inscribitur, interpretatione; nec deerit iis, qui in latine scribendi exercitationes operam dabunt.

JOANNES DE NÈVE, Prof. P. Extraord., Martis, Merc. Vener. et Satur. diebus hora IX—X Linguam et Litteraturam Gallo-Francorum tradet.

SIMON FELIX ŻUKOWSKI, Soc. Philomat. Varsav. nec non Asiaticae Londinen. adscriptus, Univers. Adjunctus, Collegiorum a Consiliis, Litterarum graecarum h. t. praelector, diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. III—IV pomer. breviorem notitiam Litteraturae graecae, ad libri Harlessiani formulam exponet, interpretabitur vero Xenophontis ἀπομνημονεύματα et Scutum Herculis Hesiodeum.

Idem docebit Linguam Graecam et Hebraicam horis consuetis.

BENIAMIN HAUSTEIN, a Colleg. Cons., Ord. Reg. Sax. civicis meritis dicati Eques, Univ. Adjunctus, Lun. Merc. et Vener. diebus hora X—XI mat. Linguae Germanicae praecepta tradet, et discipulorum Germanice scribendi studium moderabitur; provectioribus autem historiam Litteraturae exponet, scriptorumque Germanicorum pariter atque operum quae condiderunt, notitiam dabit.

Idem, diebus Mart. Jov. et Satur. hora II—III pomer. Anglici Sermonis elementa docebit.

ALEXANDER BOHATKIEWICZ, Phil. Mag, Univ. Adj., Adjutor Bibliothecarii, diebus Mercurii hora VIII—IX et Saturni X—XI mat. Bibliographiae universalis praecepta tradet ad methodum a se descriptam typisque impressam Vilnae 1830.

TEOPHILUS KISLING, Univ. Adj., et Fridericus Lehman diebus et horis designandis, Artis Chalcographicae studiosorum ille provectiorum, hic tyronum in variis generibus exercitationes regent.

Artes Gymnasticas, equitationis Franciscus Milewski, saltationis Xaverius Deybel, rudibus vel pugnatoriis armis batuendi Franciscus Lecayet, publice docebunt diebus et horis designandis.

Bibliothecam Academicam aperient quotidie, Solis ceterisque festis diebus exceptis, hora IX mat. ad II pomer. Adjutores Praefecti Bibliothecae Alexander Bohatkiewicz Univ. Adj., Adamus Jocher Mag. Phil. et Fridericus Moritz.

Hortus Botanicus aperietur diebus et horis designandis.

Apparatum machinarum formarumque technologicarum desiderantibus monstrabit Valerianus Górski mensibus aestivis Solis et Jovis diebus ab hora II—IV pom.; hibernis ab eadem hora usque ad solis occasum.

Sequentia vero Instituta et Musea monstrabunt horis serius designandis: Museum Physicum Felix Drzewiński Prof. P. O., Anatomicum Adamus Bielkiewicz Prof. P. E., Speculam Astronomicam Vincentius Karczewski Mag. Phil., Museum mineralogicum Ignatius Jakowicki Cand. Phil., Zoologicum F. Brunner, Anatomiae Comparatae illud Henricus Laupman Med-Chir.